N. 395/81

# SACRA CONGREGATIO
# PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

attentis commendatitiis litteris Clar.mi ac Rev.mi Rectoris Pontificiae Universitatis Lateranensis, nomine et auctoritate Magni Cancellarii praesentantis, perpensis titulis dotibusque quibus candidatus aptus qui regat gubernetque demonstratur, cum compererit eundem iuxta art. 13 peculiarium Statutorum, die XXX m. aprilis MCMLXXIII approbatorum, rite electum esse, ad normam Apostolicae Constitutionis "Sapientia Christiana" inscriptae memoratique art. 13 peculiarium Statutorum libenter declarat NIHIL OBSTARE, ad se quod pertinet, quominus

Rev.mus P. AUGUSTINUS T R A P E'

sodalis Ordinis Fratrum Sancti Augustini, in eodem Instituto Professor Ordinarius,

P R A E S E S

Superioris Instituti Patristici

"A U G U S T I N I A N U M"

in gremio Facultatis Theologicae eiusdem Pontificiae Universitatis vigentis, ad quadriennium n o m i n e t u r ac r e n u n t i e t u r, omnibus eidem agnitis tributisque juribus honoribus atque officiis huiusmodi muneri de more adnexis, servatis ceteris de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d.XXXI m. Maii, in Ascensione Domini Nostri Jesu Christi, anno reparatae salutis MCMLXXXI.

PRAEFECTUS

Villelmus Card. Baum

A SECRETIS